

*Servu. l. c. Cap. 8. §. 22. p. m. 420.* Porro an. 1695. orbi erudito Clericis  
 exposuit *Tractat. sub tit. XIX. prima Commata Capitis primi Evangelii*  
*St. Johannis, Paraphrasi & animadversionibus illustrata.* At quia No-  
 ster l. c. pag. 22. vocabuli *λόγος*, quo Johannes Servatorem nostrum infi-  
 gnire gestit, originem ex scholâ Platonis repetit, hinc audaces ejusdem in-  
 sultus reprimere studuerunt *Joh. van der Waeyen in diss. de λόγος, pramiss-*  
*sa Rittangelii Libræ veritatis pag. 32. sqq. Witsius Miscell. s. Tom. II.*  
*Exerc. III. pag. 88. sqq., Rector Acad. Lipsiensis in programmat. an. 1704.*  
 publicato, quo contra Clericum demonstratur, *ἵς λόγος* appellationem  
 non è Platone desumptam, sed à Spiritu S. dictatam esse, recensenti-  
 bus *Hamburgens. in Novis Liter. an. 1704. p. 68., Deylingius Observat.*  
*S. P. I. Observ. 33. p. 188. sqq. Adde Elia Benoist. Dissertationes 3. in prio-*  
*res 18. primi Capituli Evangelii secundum Johannem, versiculos.* Imprimis  
 annus 1696. valde ferax fuit fructuum diligentiz, quos Noster protulit.  
 Hic enim parturivit *Tr. de l'incréduité. Sed Lipsienses Act. an. 1696.*  
 pag. 283. subjicere haud verentur: Nos id dissimulare neququam possumus,  
 multa subinde in hocce libro occurrere, quæ digna sunt, ut diligentius à  
 viris piis & cordatis discutiantur, ut taceamus, Autorem placitis religio-  
 nis, cui addictus est, subinde inseruire. Hic peperit *Commentarium in*  
*Pentateuchum*, licet *Genesis* jam seorsim an. 1693. in scenam prodierat, mo-  
 nente ipso Clerico *Bibliothèque choisie Tom. XVI. p. 61.* Præmisit operi tres  
*Dissertationes Philologicas*, quarum prima agit de *Lingua Ebraica*, 2da  
 de *optimo genere Interpretum scripturæ*, 3tia de *Scriptore Pentateuchi, Mose.*  
 Enim verò ipsæ hæc dissertationes atram variis moverunt bilem. De *PRIMA*  
 differam sub finem *ωγαυδία*. *SECUNDÆ*, quæ inopiam *Lingvæ Ebraicæ*  
 præter meritum causatur, opposuit *M. Paulus Berger Diss. de literatura*  
*Ebraicæ copia & ubertate, Witteb. an. 1700. TERTIÆ*, alios præter *Mo-*  
*sen, Pentateuchi Autores* effingenti, opponendi sunt *Witsius Miscell. P. I.*  
 pag. 101. sqq. *Kidderus in Dissert. de Autore Pentateuchi.* Junge Fratris  
 mei amantiss. *D. Henr. Ascan. Engelcken Dissert. de sententiis in scri-*  
*pturam S. injuriis §. 15. pag. 35. sqq.* Prodiit etiam contra Nostrum *Seb. Ed-*  
*zardi vaticinium Jacobi Patriarchæ à depravatione Joh. Clerici assertum*  
*Hamb. 1697.* Commentum pariter Clerici, quo uxor *Lothi* in statuam *salis*  
 conversa negatur, eruditè perstrinxit *Witsius Miscell. S. P. II. Exerc. VII.*  
 pag. 186. sqq. *D. Etum Genes. XLIX. 10.* contra virus Critici temerarii sar-  
 sum tectum *Preside B. D. Neumanno*, conservavit *M. Paulus Bergerus*  
 in *Disp. cæi tit. Schilo Princeps pacis 40. 1704.* Nec minus *Max. Rey. DD.*  
*Weidnerus*